Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

incredulum et exasperans. Recesserunt
et abierunt: et non dixerunt in corde
suo: Metuamus dominum deum nostrum: qui
dat nobis pluviam temporaneam
et serotinam in tempore suo: plenitudinem
annue messis custodientem nobis.
Iniquitates nostre declinaverunt hec:
et peccata nostra prohibuerunt bonum
a nobis. Quia inventi sunt in populo
meo impii. insidiantes quasi aucu
pes: laqueos ponentes. et pedicas
ad capiendos viros. Sicut decipula
plena avibus. sic domus eorum plena
dolo. Ideo magnificati sunt et ditati.
Inpinguati sunt et incrassati: et pre
terierunt sermones meos pessime.
Causam vidue non iudicaverunt:
causam pupilli non direxerunt: et
iudicium pauperum non iudicaverunt.
Numquid super hiis non visitabo
dicit dominus: aut super gentem
huiuscemodi non ulciscetur anima
mea? Stupor et mirabilia facta sunt
in terra. Prophete prophetabant men
dacium: et sacerdotes applaudebant
manibus suis: et populus meus dilexit
talia. Quid igitur fiet in novissimo eius?
Confortamini Cap. vi.
filii beniamin in medio
ierusalem. et in thecua clan
gite buccina: et super bethacarem le
vate vexillum: quia malum visum est
ab aquilone. et contritio magna. Speci
ose et delicate assimilavi filiam syon:
ad eam venient pastores et greges
eorum: fixerunt in ea tentoria in circui
tu: pascentur singuli eos qui sub ma
nu sua sunt. Sanctificate super eam bel
lum: consurgite et ascendamus in meri
die. Ve nobis quia declinavit dies:
quia longiores facte sunt umbre ves
pere. Surgite et ascendamus in nocte.

et dissipemus domos eius: quia hec
dicit dominus deus exercituum. Cedi
te lignum eius: et fodite circa ierusalem
aggerem. Hec est civitas visitati
onis: omnis calumpnia in me
dio eius. Sicut frigidam facit cys
terna aquam suam. sic frigidam
fecit maliciam suam. Iniquitas
et vastitas audietur in ea coram
me semper: infirmitas et plaga. E
rudire ierusalem: ne forte recedat a
nima mea a te. ne forte ponam
te desertam: terram inhabitabilem. Hec
dicit dominus exercituum. Usque ad
racemum colligent quasi in vinea re
liquias israel. Converte manum tuam
quasi vindemiator ad cartallum. Cui
loquar. et quem contestabor ut audiat?
Ecce incircumcise aures eorum: et au
dire non possunt. Ecce verbum domini
factum est eis in obprobrium: et non
suscipient illud. Idcirco furore do
mini plenus sum. laboravi susti
nens. Effunde super parvulum furore:
et super concilium iuvenum simul.
Vir enim cum muliere capietur: et
senex cum pleno dierum. Et transibunt
domus eorum ad alteros. agri et uxor
es eorum pariter: quia extendam ma
num meam super habitantes terram dicit
dominus. A maiore quippe usque
ad minorem omnes avaricie stu
dent: et a propheta usque ad sacerdotem
cuncti faciunt malum. Et curabant
contritionem filie populi mei cum ig
nominia dicentes: Pax. pax: et non
erat pax. Confusi sunt quia ab
hominationem fecerunt: Quin potius
confusione non sunt confusi: et erubes
cere nescierunt. Quiaobrem cadent
inter ruentes: in tempore visitationis
sue corruent. dicit dominus. Hec dicit